



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Indulgentiae Pro Confratribus Societatum Doctrinae Christianae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

de crimine usurarum, & malè, contra idque dicit Dominus noster, *Qua sunt Caesaris, Caesari, & qua sunt Dei, Deo, Cov. de spons. 2. p. §: ult. n. 4. & §.*

Secundò, potest quis dare alicui mille inter vivos, ut donatarius eidem, dum vixerit centum quotannis solvat, & hic contractus non est usurarius, nec contra bullas, Nav. *conf: 1. de donat.*

Hoc post acceptam Ecclesiæ Mino- rensis curam, per annum non integrum

insudavi, etsi sacrarum concionum, ac lectionum, & aliarum Episcopali- um functionum laboribus assidue non mediocriter occupatus, sint omnia, & sin- gula, ad Dei & Beatæ Virginis glori- am, Sanctorum Thomæ martyris Ar- chiepiscopi Cantuariensis, & Athana- sii Alexandrini præsentis anni tutelari- um meorum honorem, & sub censura sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ.

### INDULGENTIÆ PRO CONFRATRIBUS SOCIE- tatum Doctrinæ Christianæ.

**S**anctissimus Dominus Noster Gregorius Papa XII. per literas suas, sub datum Tusculi Anno Domini M. D. LXXVI. Ka- lend. Iunij, Anno quinto, concessit omni- bus, & singulis utriusque sexus Christi- fidelibus, qui in dictam Confraternitatem Doctrinæ Christianæ, ex nunc deinceps in- traverint, in eorum ingressu hujusmodi, quotiescunque peccata sua confessi fuerint, & sacram Communionem receperint, de- cem annos, & totidem quadragenas, de in- junctis eis penitentis.

Item concessit dictis confratribus utri- usque sexus, si confessi fuerint, & recepe- rint sacram Communionem, decem annos, & totidem quadragenas bis in anno.

Item concessit dictis Confratribus descrip- tis, & describendis, centum annos Indul- gentiæ, quotiescunque in hujusmodi san- cto exercitio se occupaverint.

Item dictis Confratribus, quotiescunque se in unum congregaverint, & de rebus ad

promotionem, & felicem successum insti- tutionis puerorum in Doctrina pertractave- rint, centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in Domi- no misericorditer relaxavit.

Item dictis Confratribus qui singulis annis, semel juxta determinationem, & providam ordinationem suorum Superio- rum verè penitentes, & confessi, sacram Communionem receperint, necnon eisdem similiter contritis, & penitentibus pro tempore decedentibus in cujuslibet eorum mortis articulo, plenariam omnium pecca- torum suorum Indulgentiam, & remissio- nem, misericorditer in Domino concessit, & largitus est, dictis literis perpetuis fu- turis temporibus duraturis.

Adest Bul. Pij V. quæ est 156. in or- dine, quæ incipit, *Ex debito pastoralis,* & alia Gregorij XIII. quæ est 2. in ordi- ne, & incipit, *Illius,*